



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. XIX. Β[ου]ς [ε]ν πολει, prouerbium. Despectare. Hiscere. Martialis
emendatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Veru posteroiore lego *Vixere in patria*. Adco ait dege-
nasse morem maiorum, vt ipsa Roma iam Roma
non sit, sed scelerum colluies.

CAPVT XIXIIII

Bes in videri, prouerbiū. *Despectare. Hiscere.*
Martialis emendatus.

Ad Martialem, vnde modò discessi, redeo. lib. i.
Epigrammate LXXVII.

Quid tibi cum Cirrho, quid cum Permesside Lympha?

Romanum propius diuinusque forum est.

Illic ara sonant, at circum pulpita nostra

Et steriles cathedras basia sola crepant.

Omnino melius liber scriptus: *ad circum & pulpita*

tra. Recenset loca poëtis veluti consecrata, cir-

cum, in quo ludi fiebant & spectabantur fabulæ; pul-

pita, quibus recitabatur poëmata; cathedras Gram-

maticorum, quibus explicabantur. Et vrbane v-

rbane disertum à scribendo poëmata deterret, cui vbe-

rbane quæritus in foro propositus sit. Contra caussidi-

um infantem, à foro ad versus vt inopia subsidium

refugientem lepidè ridet in Apophoretis.

Lemmate, Corculum.

Pauper caussidicus nullos referentia numos

Carmina cum scribas, accipe cor, quod habes.

Carmina aliter concipiunt libri scripti, & vetustè edi-

ta. *Cor bubulum*. Rectè, ni fallor: & allusit ad parce-

ntiam *Bes in videri*, cum rem vrbana & lepidam ag-

reditur homo agrestis, & rus merum, quique ei per-

scienda parum idoneus est. Mittit igitur iocose

caussidico cor, sed quale is ei mittitur habet stupi-

di animantis.

Epigrammate LXXIX.

Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno,
 Dimisitq; animam nobiliore via.
 Ms. opalluit ora veneno, præclaré. Venenum pallidum
 inducit, vnde Virgilius de Cleopatra, pallentem
 te futura.

Epigrammate XCVII.

Rogabit, vnde suspicer mollem virum.
 Vna lauro aur, adspicit nihil sursum:
 Sed spectat oculis deuorantibus draucos.
 Scripti, Despectat. Despicere in flagitiosis verbis
 et despicere, Catullo; demisso capite esse, Cat-
 ni; aliis alia.

Libro v. Epigrammate LVII.

Cui tradas Lupe filium magistro
 Quæris sollicitus diu, rogâsque.
 Omnes Grammaticosque rhetorasque
 Deuites moneo, nihil sit illi
 Cum libris Ciceronis aut Maronis,
 Fama Lucilium sua reliquat.
 Si versus facit, abdicet poëtam.
 Artes discere vult pecuniosas?
 Fac discat citharædus, aut choraules.
 Si duri puer ingenti videtur,
 Praconem facias vel architectum.

Viueret Orbilius, malum Martiali in mundo
 quis enim ita vniquam locutus est? discat citharæ-
 pro discat cithara. Sed aut ego vehementer erro-
 à librariis hoc stigma iniustum est poëtae, legendum
 que. Fac hiscat citharædus. Hiscere conatum loquens
 magis significat, quàm loqui. Virgil. vix pauca fusa
 Subiucio, & raris turbatus vocibus hisco. transferunt
 rem Musicam venustissimè. Propertius: Tantum
 tu

Ant. Mu
 Varian Lec
 LIII
 28

in vultu hincere posse meis. Idem alibi de Apolline cum
cithara ad viuum depicto, visus Marmorea tacitus car-
men hincere lyra. Argute igitur Martialis, fac, inquit, ru-
des quiddam & indoctum tentet saltim cithara pan-
tere, præstabo, eum rem facturum.

CAPVT XX.

Carmen. Carminare. Plautus emen-
datus Menachmis.

PLAVTVS Menachmis, Scæna Per ego vobis.
Bene autem ora commentaui, atque ex mea emendatione.
Mira sunt quæ hic viri docti comminiscuntur, de
carmen & commentatione. Ego si exemplum habe-
rem, libens legerem, ora carmentaui, aut certè, carmi-
nare. Vt ab argumento argumentari: ita à carmento,
quod instrumentum lanæ putandæ proprium, car-
mentari, aut, vt hic Plautus, Carmentare, videtur
fuisse in vsu. Certè vsitata in eadem re, carmen &
carminare. Lucretius, quasi carmine lana trahatur.
Varius libro ix. Quinisq; lana potat horis, rursusque
pergitur carminata, donec omnem ebibat saniem. Benè,
inquit seruus, illis os depexui & quasi lanam carmi-
nari: alludens ad id quod Menachmus dixerat, Pe-
te os pugnis. Hanc tamen emendationem meam ve-
ram non præsto, vt neque illam præstet, Scæna, Vt
veritas mea:

Sed hac res mihi in pectore atque corde cura est

Quidnam hoc sit negocij.

Acriter tamen suspicabar scribisse poetam, Sed acris
mihi in p. a. c. cura est. Scæna, Si voltis oculos.

O salue insperate multis annis postquam conspicio,

Frater.